

## De tabulis devotionis plumbeis Alexandrinis.

Veteres plumbeis tabulis, quae a Graecis ἐλασμοὶ μολύβδινοι nuncupantur, devotiones in inimicos inscribere, et in defunctorum tumulis, qui ad inferos animas eorum ferrent, deponere solebant. Quem usum in primis docti et illustrissimi viri Akerbladius <sup>1)</sup>, Viscontius <sup>2)</sup>, Boeckhius <sup>3)</sup> iam pridem luculenter explicaverunt, pluribus variorum scriptorum <sup>4)</sup> collectis locis, inter quos Taciti <sup>5)</sup> et Dionis Cassii <sup>6)</sup> duo maxime eminent. Tacitus enim Germanici mortem et Pisonis veneficia narrans ait: *Et reperiebantur solo ac parietibus erutae humanorum corporum reliquiae, carmina et devotiones, et nomen Germanici plumbeis tabulis insculptum, semiusti cineres ac tabo obliti, aliaque maleficia, quis creditur animas numinibus infernis sacrari.* Quae Dio graece: Ὅσα γὰρ ἀνθρώπων ἐν τῇ οἰκίᾳ ἐν ἣ ᾧκει κατορωρημένα, καὶ ἐλασμοὶ μολύβδινοι ἀράς τινὰς μετὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἔχοντες ζῶντος ἐθ' εὐρέθη <sup>7)</sup>.

1) *Iscrizione Greca sopra una lamina di piombo trovata in un sepolcro nelle vicinanze d'Atene.* Roma 1813.

2) *Mémoires de l'Académie des Inscriptions (nouvelle série)* tome I, p. 236.

3) *Corpus inscriptionem Graecarum*, P, 1, p. 486 et seq. Nr. 538, 539. Cf. Franz, *Elementa epigraphica Graecae*, p. 168, 169. Rochette, *Mon. chrét.* III. *memoire* p. 146. — Dodwel, *Travels*, T. I, p. 452, II, p. 515 et seq. — Henzen, *Annales de l'Institut de correspondance archéologique*, t. XVIII, p. 203 et seq. et *Bulletino*, 1849, p. 77. De' Rossi, *Bulletino dell' Istituto di corrispondenza archéologica*, 1852

4) Plato. *Rep.* II, p. 364. C; *Legg.* XI, p. 933, A. — Artemidori *Onirocritica*, I, 77. — Harpocratio et Suidas V. *καταδεέσθαι*. — S. Hieronym. *Vit. Hilar.* 521, ed. Veron. II, 23. — Arnobius II, 32.

5) *Ann.* II, 69.

6) LVII, 18.

7) *Tabula prope Romam reperta mortuorum, quibus hae devo-*

Tres iam notae sunt id genus devotiones, Athenis vel in vicinia repertae. Quarum primam, prope Hippadas portas delectam, in lucem edidit Viscontius ex apographo Fauvelii.

Ἐρμῆς χθόνιος, Γῆ κάτοχος,  
καὶ πρὸς τὴν Φρεσοφόνην.  
Φερσεφόνη, καταδῶ Κτησίαν  
πρὸς τούτος <sup>1)</sup> ἅπαντας,  
καὶ Κλεοφράδην  
καταδῶ πρὸς τὸς αὐτὸς <sup>2)</sup>, ὥσπερ  
καὶ Ναυβάτην καταδῶ πρὸς τὸς αὐτὸς <sup>3)</sup>.  
Τληπόλεμον καταδῶ  
καὶ τὸς <sup>4)</sup> μετὰ Κτησίου ἅπαντας  
καταδῶ.

Secundam e sepulcri ruderibus prope Piraeum effossam notam fecit Akerbladius. Haud difficile huius monumenti in Boeckhii <sup>5)</sup> et Franzii <sup>6)</sup> libris imago reperietur; itaque ἐπιτολογραφικοῦς, ut Graeci dicunt, litteris unciales transcribere contentus, quibusdam in locis ab antecessoribus meis emendatam iterum edo ut lectori formulas comparare liceat:

. . . . . εὐθῦναι  
. . . . . Σάτυρον Σουριᾶ  
καὶ Δημήτριον, καὶ εἴ τις ἄλλος ἐμοὶ ἐχθρὸς

tiones committebantur, Manes aliquando contra inimicos, infernorum Deorum vice, invocari demonstrat (*Bulletino dell' Instituto di Corrispondenza archeologica*, 1849, p. 77):

DANAI . ANCILLA . NOICIA .  
CAPITONIS . <sup>H</sup>ANC . OSTIAM .  
ACCEPTAM . HABIAS .  
IIT . CONSUMAS . DANAI .  
NII . HABIS . II<sup>V</sup>TYCHIAM .  
SOTHIRICHI . VXORUM .

1) Viscontius τούτους, perperam. Τούτος doricum est ut τὸς λύκος in Theocrito pro τοὺς λύκους. Lin. 6 et 7 inest ΤΟΣ ΑΥΙΟΣ et lin. 9 ΤΟΣ ΜΕΤΑ ΚΤΗΣΙΟΥ.

2) Τοὺς αὐτοὺς. Visc.

3) Τοὺς αὐτούς. Visc.

4) Τοὺς. Visc.

5) Corpus, T. I, p. 487.

6) Elementa Epigraphices Graecae, p. 168.

καὶ τούτους πάντας. Καταδῶ αὐτούς σοι,  
 Ὀνήσιμε, πάντας τούτους,  
 αὐτούς, καὶ τὰς τούτων ἐπ' ἐμοὶ  
 πράξεις σοι παρακατατίθεμαι  
 τηρεῖν. Ἐρμῆ κάτοχε, κάτοχος  
 ἴσθι τούτων τῶν ὀνομάτων  
 καὶ τῶν τούτων πάντων.  
 Ἐρμῆ καὶ Γῆ, ἱκετεύω ὑμᾶς τηρεῖν  
 ταῦτα καὶ τούτους κολάζετε.  
 Ἐπαινῶ τὸν μολυβδοκόπον.

Tertium primum publici iuris fecit Boeckhius 1) qui has tantum litteras dignoscere potuit:

Δαίμονι χθονίῳ, καὶ τῇ χθο-  
 -νίᾳ 2) καὶ τοῖς χθονίοις πᾶσι  
 πέμπω δῶρον . . . . .  
 καταχθόνια αὐτὸν . . . . .  
 . . . . ἀγαθὲ, ἃ αὐτοῦ . . .  
 δυνατὰ αὐτοῦ κόνις . . . . .  
 τε γῆν πρὸς ἕκαστον, καὶ τὴν  
 τύχην αὐτοῦ ἄγετε . . . . .  
 θεοὶ ἐπιτύμβιοι ἐνέρων . . . .  
 τὴν ταχίστην. Τὸ δὲ ποτὸν  
 ὅταν πῆγ' ἄφ' ἡμῶν καὶ τὴν τῶν  
 τριακάδων ἀνιέρωσιν . . . . .  
 ᾧ δεσπότηι χθόνιοι ἐπιτύμβιοι  
 ἄφ' ἧς δέδωκα δεκάτην  
 μέχρι ἡμέρων τετραράκοντα.

Harum devotionum non omnes locos ita facile interpretare, sed quid significet universa ἀρὰ aperte manifestum. Itaque quum invocationes perlego quas tres primae lineae complectuntur, et praesertim verba, quibus quarta et octava constant, cum carminibus ante citatis comparo, vix intelligo

1) Corpus, t. I, p. 550, Nr. 1034.

2) Haec χθονία Theocriti χθονία Ἐκάτα et Orphicorum καταχθονίων βασιλεία est.

cur vir exquisita doctrina praeditus Boeckhius hanc inscriptionem non eiusdem generis esse quam priores censuerit, sed in classe *votivorum monumentorum* locaverit; tantus error tanti viri vix credibilis.

Quartam tabulam Cumis repertam Henzen, v. c., in *Annalibus archaeologici instituti* <sup>1)</sup> addito brevi commentario edidit. Quod monumentum, saeculi R. S. circiter tertii, a marito in uxorem adulteram, nomine Valeriam Quadratillam, *Οὐαλερία Κοδρατίλλα*, exaratum, formulas et multa continet digna quae diligenter considerentur. De eadem tabula Radulphus Rochette, vir celeberrimus, nuper in commentatione nondum edita *De Graecorum Superstitionibus* disseruit, ut apparet e compendio, quod A. Maury, v. c., *Athenaeo Gallico* <sup>2)</sup> nuper inseruit.

Similes devotiones latina lingua conceptae ad Romam repertae sunt. Ex quibus alteram iam supra meis in notis laudatam Henzen archaeologico instituto notam fecit <sup>3)</sup>. Alteram De' Rossi, vir doctus, edidit et commentario auxit <sup>4)</sup> antieroticam imprecationem omnium vetustissimam, plumbeae laminae insculptam e sepulcri ruderibus anno 1852 effossae et nunc in Museo Kircheriano asservatae.

Eiusdem generis devotionem reperimus in papyro Vienneensi, ultimorum Ptolemaeorum tempore conscriptam; quem papyrum Petrettinius <sup>5)</sup> publici iuris fecit. Hic cuiusdam Artemisiae, Damasis filiae, in patrem suum dirae inveniuntur.

In notissimo papyro magico, quod in Museo Lugduni Batavorum asservatur, exstat similis formulae exemplar quod inter maximi momenti locos excerpit Reuvenius et *Epistolis*

1) T. XVIII, 1846, p. 203 et seqq. *Tavola d'aggiunta G.*

2) *L'Alphéum français*, 2 octobre 1852, t. I, p. 215.

3) *Bulletino dell' Instituto di Corrispondenza archeologica*, 1849, p. 79.

4) *Ibid.*, 1852; cf. *Civiltà Cattolica*, VIII, 243.

5) *Papiri Greco Egiziani dell' I. R. museo di Corte*, Vienna, 1826, 4<sup>o</sup>. p. 1. Cf. Letronne, *Analyse des papyrus Gréco Egyptiens de Petrettini*, *Journal des savants*, aout 1828. — Steinbüchel, *Beschreibung der KK. sammlung Aegyptischer alterthümer*, p. 52.

ad Letronnium<sup>1)</sup> inseruit. In hac formula Typhon sub nomine Aegyptio Seth, *Τυφών Σήθ*, invocatur ut inimicum aut inimicam, *τὸν δεῖνα ἢ τὴν δεῖνα*, frigore et feбри, *ῥίγει καὶ πυρεσίῳ*, deliciat.

Plane novum autem devotionis monumentum in hacce mea dissertatione exhibere institui, quippe quod carmina contineat ceteris ampliora et curiosius sine dubio concinnata. Repertum fuit inter Alexandriae rudera et a R. P. Poussou, Evangelii apud gentes barbaras praecone meritissimo Bibliothecae Caesareae Parisiensi oblatum. Duobus constat plumbeae laminae fragmentis eiusdem fere moduli, quae Graecis litteris inscripta lineas triginta septem complectuntur, linea quoque in duas partes diffracta, deficientibus principio devotionum ac fine. Litterae ad saeculum R. S. tertium videntur referri posse.

Tabulis ipsis propter vetustatem deliquescentibus charitam applicare et inde lineamenta characterum pressius exprimere non ausus, apographum quam accuratissimum oculis subiicere lectorum satis habui, quod inscriptionis faciem haud pessime reddit.

In transcribendo et legendo opportunissimam mihi opem praestitit apographum quod pater, currente calamo, primo monumenti adspectu olim exaraverat. Locos tamen plurimos qui corrupti sunt reficere non tentavi, praesertim quum his in tabulis paene vetustate consumptis formulae tam insolitae, verba tam nova et incognita reperiantur ut ne ullam quidem coniecturam, vel quae certissima videatur, proponere audeamus.

1) *Lettres à M. Letronne sur les papyrus bilingues et Grecs du Musée de Leide*, première lettre, p. 39.

## Fragmentum primum

. . . . .  
 .. ΜΗΧΘΟΝΙΕΑΡΧΕΛΑΜΑΦΩΧ  
 ... ΚΑΙΠΛΟΤΤΩΝΤΕΣΕΜΜΙΓΑΛΩΝ  
 . . . . . ΛΘΟΥΧ· ΛΙΦΕΡΣΕΦΟΝΗ  
 . . . ΟΙΟΝΟΜΑΤΟΣΤΗΣΓΗ . . .  
 ΕΡΜΗΧΘΟΝΙΕΑΡΧΕΛΑΜΑΦ  
 ΚΑΙΚΤΚΑΙΠΛΟΤΤΩΝΥΕΣΕ  
 ΕΡΕΣΧΙΓΑΛΑΒΑΡΒΑΘΟΥΧ  
 ΕΠΙΛΑΘΟΙΤΟΑΝΝΙΑΝΟCΤΗΣCΙ  
 ΝΟΥΜΝΗΜΟΝΕΤΕΤΩΕΠΙΚ  
 ΠΩΝΑΤΝΑCΤΕΙΡΑΝΠΛΑΜ  
 ΚΑΜΕΝΗΤΑΤΟΥΜΕΛΙΟΥΤ  
 ΛΙΟΥΧΟΝΕΡΕCΧΙΓΑΛΑΝΥ  
 ΑΡΗΙΥΑΝΕΚΤΕCΚΑΤΑΤΗ  
 ΛΕΙΩCΑΤΕΜΟΙΤΗΝΠΡΑΓ  
 ΝΙΕΑΡΧΕΛΑΜΑΦΩΧΕΝ  
 ΚΑΙΠΛΟΤΤΩΝΤΕCΕΜΜ·  
 ΕΡΕCΧΙΓΑΛΑΒΑΡΒΑΘΟΥΧ  
 ΜΑΡΚΑΙΔΑΙΜΟΝΕCΟΙΕΝ  
 ΕΧΕΤΕΜΟΙΤΩΗΩΝΙΚ  
 · ΗΝΙCΧΥΝΤΗΝΑΤΝΑ  
 ΤΟΝΚΑΙΠΑΡΑΔΟΙΤΕΛΩΡ  
 ΤΟΥΤΑCΑΡΚΕCΤΑΝΕΥΡΑ  
 ΜΗΑΤΝΗΘΗΩΝΙΚΩΑΝ  
 ΑΚΟΥCΑΙΤΙΚΑΚΟΝ ΜΗΛΕ  
 ΚΩC· ΜΟΥΠΟΤΟCΠΟC  
 . . . . . ΡΑΥΤΩΤΑΤΑΝΠΛΑΝ  
 . . . . . ΛΕΚΕΛΛΩΕΝΟΥΚΕΝΤΑΡ  
 ΙΠΠΟΧΩΩΝΠΥΡΙΠΗΓΑ . . .  
 ΜΟΡ· ΘΑΡ . . . ΟΡΚΙΖΩCΕ  
 ΤΗΝΠΡΑΞΙΝΤΑΥΤΗΝΚΑΙΤΗ  
 ΤΟΥΤΟΝΚΑΙΠΟΙΗCΑΙΑΤΤΟΝ  
 ΦΩΧΕΝΕΨΕΥCΑΡΕΡΤΑΘΟΤΜ  
 ΥΕCΕΜΜΙΓΑΛΩΝΜΑΑΡΧΑΜ  
 .. ΒΑΡΒΑΘΟΥΧΚΑΙΦΕΡCΕΦΟΝΗ  
 ΜΟΝΕCΟΙΕΝΤΩΤΟΠΩΤΟΥΤΩ  
 . . . . .

## Fragmentum secundum

ΚΗΡ . . . . . ΩΠΑΡΑΛΛΑΒΕΑΝΝΙΑΝΟ· 1  
 · ΝΕΨΕΥCΑΡΕΡΤΑΘΟΤΜΙCΟΝΚΑΙΚΤ  
 ΜΑΑΡΧΑΜΑΚΑΙΚΟΡΗΕΡΕCΧΙΓΑΛ  
 ΖΑΤΑΧΘΟΤΜΑΡΟΡΚΙΖΩCΕΚΑ  
 1· ΚΕ . . ΜΟΡ . . . Ω· ΘΑΡΧΩΘΚΑΙ 5  
 ΩΧΕΝΕΨΕΥCΑΡΕΡΤΑΘΟΤΜΙCΟΝ  
 ΜΜΙΓΑΛΩΝΜΑΑΡΧΑΜΑΚΑΙΚΟΡΗ  
 ΚΑΙΦΕΡCΕΦΟΝΗΖΑΥΔΑΧΘΟΥΜΑΡ  
 ΔΙΑCΜΝΗΜΗCΚΑΙΗΩΝΙΚΟΤΜΟ  
 ΑΑΟΤΜΑΙCΕΤΗΝΠΙΑΝΤΩΝΑΝΘΡΩ 10  
 . . . . . ΡΑΡΗΞΙΧΩΩΝΗΚΑΙΑΝΕΝΕΓ  
 . . . ΜΕΛΗΚΑΙΑΥΤΟΝΤΟΝΜΕ  
 · ΕΤ· Ο· CΟΓΑΛΗΘΕCΕΡΕΒΕΝΝΗ  
 . . . . . ΑΛΗΘΕΛΑΘΕΤΕΚΑΙΤΕ  
 · ΑΤΕΙΑΝΤΑΥΤΗΝΕΡΜΗΧΘΟ 15  
 ΕΨΕΥCΑΡΕΡΤΑΘΟΥΜΙCΟΝΚΑΙΚΤ  
 ΓΑΛΩΝΜΑΑΡΧΑΜΑΚΑΙΚΟΡΗ  
 ΚΑΙΦΕΡCΕΦΟΝΗΖΑΥΔΑΧΘΟΥ  
 ΤΟΥΤΩΤΩΤΟΠΩCΤΕCΤΝ  
 ΩΑΝΝΙΑΝΟΥΤΗΝΙCΧΤΝ 20  
 ΜΙΝΙΝΑCΥΛΑΒΗCΤΕΑΤ  
 ΟΙCΙΝΑΚΑΤΑΤΗΞΗΤΕΑΤ  
 ΤΑΜΕΛΗΤΗΝΨΥΧΗΝΙΝΑ  
 ΤΙΟCΕΛΘΕΙΝΜΗΔΕΚΑΤΕΜΟΥ  
 ΒΛΕΨΑΙΕΤΙΔΕΚΑΙΥΠΟΠΕ . . 25  
 ΔΕCΕΩCΝΕΙΚΗΘΗΕΠΕΚΑΩ  
 ΑΤΝΑCΤΕΙΡΑΑΝΑCΑ  
 · ΩΡΟΕΒΑΖΑΡΗΞΙΧΩΩΝ  
 . . ΠΟΤΝΙΑΓΗΧΘΟΝΙΑΜΕΤΗΡΙ  
 ΚΑΤΑCΟΤΟΝΟΜΑΤΟCΠΟΙΗCΑΙ 30  
 ΡΗCΑΙΜΟΙΤΟΝΚΑΤΑΔΕCΜΟΝ  
 ΕΝΕΡΓΗΕΡΜΗΑΡΧΕΛΑΜΑ  
 ΙCΟΝΚΑΙΚΤΚΑΙΠΚΟΥΤΩΝ  
 ΑΚΑΙΚΟΡΗΕΡΕCΧΙΓΑΛ  
 ΖΑΤΑΧΘΟΤΜΑΡΚΑΙΔΑΙ 35  
 . . . . . ΤΩΝΤΕCΤΕΛ . . . . .  
 ΑCΧΕΤΕ . . . . .

- 1 . . . . . Κῆρ...ω παράλαβε Ἄννιαον.  
 Ἐρ[μῆ] χθόνιε ἀρχεδάμα, Φώχ [ε]ν ἔψευσα ῥέεργτα θούμισον καὶ κτ.  
 καὶ Πλούτων Ἰεσέμ, μιγάδων μααρχάμα καὶ Κόρη Ἐρεσχιγὰλ  
 Ζαβαρβ[α]θούχ, καὶ Φερσεφόνη Ζαυδαχθουμάρ, ὄρκιζω σε κα-  
 5 -τα τοῦ ὀνόματος τῆς Γῆ[ς]... ..κε....μορ...ω...θαρχωθ καὶ  
 Ἐρμῆ χθόνιε ἀρχεδάμα, Φ ὄχεν ἔψευσα ῥέεργτα θούμισον  
 καὶ κτ., καὶ Πλούτων Ἰεσέ μ μιγάδων μααρχάμα καὶ Κόρη  
 Ἐρεσχιγὰλ Ζαβαρβαθούχ, καὶ Φερσεφόνη Ζαυδαχθουμάρ,  
 ἐπιλάθοιτο Ἄννιαὸς τῆς ἰ-  
 10 νου μνημονετέω. Ἐπικ-  
 πων δυνάστειραν παμ  
 καμένη τὰ τοῦ μελιού  
 -λιούχον, Ἐρεσχιγὰλ νῦ  
 αρηνα, νέκυες κατὰ τῆ  
 15 -λειώσατέ μοι τὴν πραγμ  
 -νιε ἀρχεδάμα, Φώχεν  
 καὶ Πλούτων Ἰεσέμ μι  
 Ἐρεσχιγὰλ Ζαβαρβαθούχ,  
 -μάρ καὶ δαίμονες οἱ ἐν  
 20 -έχετέ μοι τῷ Ἡωνικ  
 [τ]ὴν ἰσχύν, τὴν δύνα  
 -τόν καὶ παράδοιτε Ἄωρ  
 -τοῦ τὰς σάρκες, τὰ νεῦρα,  
 μὴ δυνηθῆ Ἡωνικῶ ἀν  
 25 ἀκοῦσαί τι κακόν, μηδὲ  
 . . . . κώς .μον ὑπὸ τοῦ σπο  
 [σα γὰ]ρ αὐτῷ ταῦτα. Ἡ παν  
 . . . . . αεκελλωενουκενταρ  
 ὑπόχθων, πυριπηγά[ζ]ου  
 30 μορ...θαρ ..., ὄρκιζω σε  
 τὴν προᾶξιν ταύτην καὶ τη  
 τοῦτον καὶ ποιῆσαι αὐτὸν  
 Φώχεν ἔψευσα ῥέεργτα θούμ  
 Ἰεσέμ μιγάδων μααρχάμ  
 35 [Ζα]βαρβαθούχ, καὶ Φερσεφόνη Ζαυδαχθουμάρ καὶ δαι-  
 -μονες οἱ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ [έστε, αὐ]τῶν τε στέλ[λετε]  
 . . . . . [παρ] άσχετε . . . . .

. . . . . O Ker . . . . . tolle Annianum. Mercurie inferne, dux populi animarum, Phochen . . . , Pluto Hyesem . . . , Core Ereschigal Zabarbathuch et Persephone Zaudachthumar, adiuro te per Terrae nomen . . . Mercurie inferne, dux populi animarum, Phochen . . . Pluto Hyesem, . . . Core Ereschigal Zabarbathuch et Persephone Zaudachthumar, memoria oblitteretur Annianus et Conici solius sit memor. Invoco te, omnium hominum dominam tremendam, quae terram aperis, quae, huius hominis membra et ipsum hominem corripuens, o Ereschigal . . . tui, vere, Erebi regina . . . Manes . . . verum, opem mihi afferte ut hoc opus perficiam. Mercurie inferne, dux populi animarum, Phochen . . . , Pluto Hyesem . . . , Core Ereschigal Zabarbathuch, Persephone Zaudachthumar, vosque omnes, genii, qui hunc locum incolite, comprimete mihi Eonico, vires Anniani, vires, potentiam, tanquam in carcere vincite eum, et Aoris tradite, eius carnem, nervos, membra, animam corrumpite, ut non possit Eonico resistere, aut quidquam mali contra me, seu auditu, sive oculis efficere; vincatur demum meo . . . et incineretur, hoc enim fatum ei comparavi. O Dea omnium regina . . . , quae montibus incedis, quae terram rumpis, quae Tartarum incolis, quae igneos fontes e solo prorumpere iubes, veneranda. Terra inferna Meberi . . . , adiuro te per nomen tuum, hoc opus perficere et haec carmina protegere ut efficacia fiant. Mercurie inferne, dux populi animarum, Phochen . . . , Pluto Hyesem . . . , Core Ereschigal Zabarbathuch, Persephone Zaudachthumar, vosque omnes, genii, qui hunc locum incolite, millite . . . praebete . . .

Lin. 1. Κῆρ . . . ω παράλαβε Ἀννιαόν.] Nova haec ratio et nobis hucusque ignota morti inimicum devovendi, Κῆρα, id est genium funebrem a quo, Homero teste, defunctorum animae rapiuntur, invocando. In Theocriti *Pharmaceutria* alia invenitur mortis imprecatio, sed longe absimilis et minoris momenti

. . . . . Αἰ δ' ἔτι κῆρμὲ

Ἀνπῆ, τὰν Ἀΐδαο πύλαν, ναὶ Μοῖρας, ἀραξείτ.

In latina tabula quam De' Rossi edidit legimus:

QVOMODO MORTVOS QVI ISTIC  
SHPVLTVS IIST NIIC LOQVI  
NIIC SHRMONARII POTIIST SHIC  
RHODINII APVD M LICINIVM  
FAVSTVM MORTVA SIT

Lin. 2. Ἐρμῆ χθόνιε.] In ambabus primis Atticis tabulis magus incipiendo infernum Mercurium alloquitur. Prima χθόνιος vocatur,

Ἐρμῆς χθόνιος, Γῆ κάτοχος,

secunda κάτοχος,

Ἐρμῆ κάτοχε, κάτοχος

ἴσθι τούτων τῶν ὀνομάτων.

Electra matrem et Aegisthum Diis infernis devovens in Aeschyli Choëphoris ex God. Hermanni recensione:

Κῆρυξ τῶν τε ἄνω τε καὶ κάτω,

Ἄρηξον, Ἐρμῆ χθόνιε, κηρύξας ἐμοί,

Τοὺς γῆς ἐνερθε δαίμονας κλύειν ἐμὰς

Ἐύχας, πατρῶν δωμάτων ἐπισκόπους,

Καὶ γαῖαν ἀντήν, ἣ τὰ πάντα τίκτεται,

Θρέψασά τ' ἀΐθρις τῶνδε κῦμα λαμβάνει.

Ad eundem Ἐρμῆ χθόνιον potius quam ad Plutonium qui etiam in his tabulis invocatur, Δαίμονος χθονίου nomen pertinet in tertia Atheniensi:

Δαίμονι χθονίῳ καὶ τῇ χθονίῳ,

νίῳ, καὶ τοῖς χθονίοις πᾶσι

πέμπω δῶρον.

Ibid. Ἀρχεδάμας.] Hoc Mercurii epitheton fere ἀμετάφραστον est. Ἀρχεδάμας, tanquam substantivum, nullum apud scriptorem reperitur, sed proprii nominis usu obvium et tritum, V. Pape 1) et Boeckhii *Corpus inscriptionum Graecarum* 2).

Ibid. Φώχεν.] His in tabulis nulla reperiuntur insolita

1) V. Ἀρχεδάμας.

2) T. I, Nr. 169, p. 299, col. 1, lin. 28.

et externa Deorum nomina, quae antea editae non offerunt, excepta Cumana 1). Ita legimus:

1. Φώχεν.
2. Πλούτων Ἰεσέμ.
3. Κόρη Ἐρσχιγὰλ Ζαβαρβαθούχ.
4. Φερσεφόνη Ζαυδαχθουμάρ.
5. Ἄωροι.
6. Γῆ χθονία Μενηρί.

Nil simile in Theocriti *Pharmaceutria* aut Virgillii ecloga VIII; iucundissimum poematum ab Alexandrino quodam conscriptum, *Κάμινος ἢ κεραμῖς*, quod inter HomERICA saepius recensetur, nomina quidem insolita continet, sed nomina geniorum figlinae infensorum, quos figuli deprecabantur, non, ut in his tabulis, epitheta quae magi tantum usurpabant.

Ἦν δ' ἐπ' ἀναιδείην τρεφθέντες ψεύδε' ἄρησθε  
 Συγκαλέω δὴ ἔπειτα καμίνῳ δηλητηῆρας,  
 Σύντριβ' ὁμῶς, Σμάραγόν τε, καὶ Ἄσβετον, ἣδὲ Σαβάκτην,  
 Ὡμόδαμον θ' ὅς τῆδε τέχνη κακὰ πολλὰ πορίζει.

Haud absimilia nomina reperimus in illis lapidibus quos Gnosticis tribuunt. Quos lapides primus pater meus 2), postea vir doctus R. Rochette 3) optime magica esse amuleta demonstraverunt, quibus pagani et postea Christiani ipsi contra morbos et maleficia utebantur; Trallianus enim Alexander eius generis monumentorum usum contra morbos commendat 4).

Divina ista nomina, ut verba magica, de quibus mox agam, nihil significare testes sunt Iamblichus 5) et Eusebius 6):  
 καὶ τισιν ἄλλοις ἀσημοῖς καὶ βαρβάροις ἤχοις τε καὶ φωναῖς

1) In illo enim monumento lin. 6—8 invocatur numen infernum sub nomine:

ἐρηκισιθ φρηδραραραχαρηφθι . . . .  
 ιαὼ ιᾶ βεξεβὺθ θλαναβι σαφλαν . . . .  
 γ κτιπαμμοῦ ποφδῆν τιναξο . . . .

2) *Revue archéologique*, t. V, novembre 1846.

3) In commentatione nondum edita de *Graccorum superstitionibus*.

4) *Med. lib. X*, sub finem.

5) De *Mysteriis Aegyptiorum*, sect. VII, cap. IV.

6) *Praeparatio Evangelica*, V, 9.

κηλούμενοι 1). Ficta esse arbitror ad exemplar istarum barbaricarum Orientis linguarum quibus Phoenices aut Chaldaei aut Aegyptii utebantur et quae, teste Iamblichō 2), purius quam caeterae religionem servaverunt. Ita quaedam mere Aegyptiaca aut Phoenicia nomina reperimus, ut Beelzebuth et Iao in Cumanis tabulis, et *IAΩ*, *COYX* aut *ANOTB* in lapidibus, de quibus supra memoravi.

Haec nomina cum theurgia a magis ad gnosticos transierunt.

Ibid. ἐψευσα ῥέριτα θουμισσον.] De his verbis fere eadem dicenda sunt. Ut *MIGAAΩN MAAPXAMA* post Plutonis nomen, *KE . . . MOP . . . Ω . . . ΘAPXΩΘ* lineae quintae, *APHIYA* quartae decimae, . . . *AEKEAAΩENOTKENTAP*. *Ω* vigesimae octavae et *MOP . . . ΘAP . . .* trigesimae, verba sunt significatione vacua, quibus magi utebantur, ad similitudinem Graecorum verborum reducta, qualia reperimus in lapidibus, quos gnosticis non ita pridem tribuebant, et in quibusdam aliis monumentis, ut in lamina aurea Athenis detecta, nunc in Caesarea Parisiensi Bibliotheca asservata, quam nuper publici iuris feci 3):

*ΠΑΝΧΟΥ ΧΙΘΑΚΚΟΥ*

*ΠΕΤΟΤΕΚΙΑ*

*ΕΝΕΦΕΡΩC*

*ΠΑΜΠΕΜΑΜ*

*ΨΑ*

*ΠΟCEAAEN.*

In ultima linea primo aspectu Neptuni nomen agnoscere crederes.

Lin. 1—4]. Theocriti *Pharmaceutria*, in qua, ut in Virgilii ecloga VIII, multa nostris devotionibus haud absimilia, et in intimis opinionibus, et in imploratorum numinum nominibus, et etiam in quibusdam locis minutissima consecrando,

1) Cf. Plut. De superstitionibus, 3. — Lucian. Philops. XII.

2) Loc. cit.

3) *Mélanges d'archéologie*, t. III, p. 151.

reperiuntur, nostrarum tabularum ad similitudinem accedit, quod ad formam poematis attinet. Versus enim

*Ἴνυξ ἔλκε τυ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα,*  
quem conatu non ita felici Virgilius vertit,  
*Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnin*

et

*Φράδεό μευ τὸν ἔρωθ', ὄθεν ἴκετο, πότνα Σελάνα,*  
fortasse non sunt tantummodo *intercalares versus,*  
*Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' αἰοιδᾶς*  
*Ἀγγετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, λήγετ' αἰοιδᾶς,*  
primi idyllii, sed huiusce invocationis speciem referunt quae ordine simili certis spatiis intermissis iteratur.

Ceterum, ut in hoc loco, pluribus exemplis manifestum est quod iam Car. Levesque <sup>1)</sup> asseruit, Theocritum in pastorum vitae imitatione diligentiore, melius etiam quam Virgilius magorum formulas et ritus retulisse.

Lin. 4 et 5. *Ὁρκίζω σε κατὰ τοῦ ὀνόματος τῆς Γῆς.]* Terra cuius hic modo fit mentio et quae tanti momenti erat in magicis carminibus, infra, tanquam una e potentissimis inferni Deabus invocatur sub nomine *Ποτνίας Γῆς χθονίας Μενηρί.* Illo in loco per proprium nomen suum adiuratur, *ὀρκίζω σε κατὰ σοῦ ὀνόματος,* ut hic Proserpina vel Core *κατὰ τοῦ ὀνόματος τῆς Γῆς.*

Ambabus in prioribus Atticis tabulis Terra una cum Mercurio *χθονίῳ* imploratur. In prima *κάτοχος* vocatur:

*Ἐρμῆς χθόνιος, Γῆ κάτοχος.*

In secunda legimus:

*Ἐρμῆ καὶ Γῆ, ἱκετεύω ὑμᾶς τηρεῖν ταῦτα.*

Lin. 5. *Κε . . . μορ . . . ω . . . θαρχωθ.]* Haec verba sensu carentia, de quibus supra egi, cum aliis certe conferenda sunt quae eidem Deae Terrae in linea trigesima tanquam epitheton imponuntur:

1) *Mémoires de l'Académie des Inscriptions*, 2. série, t. III, p. 1 et seqq.

ΜΟΡ . . . ΘΑΡ . . .

Lin. 9 et 10. Καὶ Ἑωνικοῦ μόνου μνημονεύετω.] Quod ad inimici mentem attinet, nullam huius generis devolutionem tres tabulae Athenienses complectuntur. In ἀραῖς quibus apud Theocritum et Virgilium magae mendaces amatores devovent, certe plurimae imprecationes reperiuntur in mentem et in animam perfidorum intentae, tanquam in hisce Siculi poetae versibus:

Ὠς τοῦτον τὸν κῆρον ἐγὼ σὺν δαίμονι τάκω,

Ὠς τάκοιθ' ὑπ' ἔρωτος ὁ Μύνδιος ἀντίκα Δέλφεις,

et in his Mantuani cycni,

*Talis amor Daphnin, qualis, quum fessa iuvenicum*

*Per nemora atque altos quaerendo bucula lucos,*

*Propter aquae rivum viridi procumbit in ulva*

*Perdita, nec serae meminit decedere nocti.*

*Talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi.*

Sed his in locis argumentorum discrepantia maxime apparet, nec uspiam perfecta reperiatur congruentia.

Lin. 10 et 11. Πάντων ἀνθρώπων δυνάστειρα]. Cf. infra lin. 27, ubi Terra πανδυνάστειρα vocatur.

In Cumanis tabulis numen infernum ὁ τῶν ὅλων βασιλεὺς nominatur.

Lin. 11. Παμφοβερά.] Haec verbum restituendi ratio nobis certa ac minime dubia videtur esse. Etenim adhuc manifeste in monumento prima et ultima apparent syllabae, ΠΑΜ . . . ΡΑ; praeterea a litera μ, non ν, prima desinit, e quo signo absque dubio cognoscimus hic restituendum esse π, φ aut β, atque in tabulis ipsis lacuna quatuor literarum spatium occupat.

Hoc demum epitheton cum terrore Deae infernae, Hecates aut Persephones, nomini in opinione vulgi inhaerente optime congruit: Φερρέφαττα δὲ πολλοὶ μὲν καὶ τοῦτο φοβούντας τὸ ὄνομα, καὶ τὸν Ἀπόλλω, ὑπὸ ἀπειρίας, ὡς ἔοικεν, τῆς τῶν ὀνομάτων ὁρθότητος. Καὶ γὰρ μεταβάλλοντες σκοποῦνται τὴν Φερσεφόνην καὶ δεινὸν αὐτοῖς φαίνεται 1).

1) Plato. Cratyl. §. XXI.

Eandem sententiam verbis haud vi carentibus expressam reperimus in magica Hecates invocatione quam Origenes *Φιλοσοφουμένους* <sup>1)</sup> inseruit:

*Αίματος ἰμείρουσα, φόβον Θνητοῖσι φέρουσα.*

Eandem opinionem profanum vulgus eiusdem Deae nominibus *Γοργῶ* et *Βριμῶ* inesse censebat, quisquis sit sensus quem mysta inveniebat in *Βριμῶ*, quod nomen simul Cereri Dianae et Hecatae tribuebatur.

Idem proferebat *ΦΟΒΕΡΟΜΜΑΤΕ* epitheton una cum *Βριμῶ* nomine Hecatae in quibusdam magicis lapidibus datum <sup>2)</sup>. Gorgoniae tremendam et horrendam faciem Hecaten habere magi credebant ut Lucianus <sup>3)</sup>.

Quod ad *ΠΑΝΔΙΝΑ* nomen attinet in Therinae et Hipponii nummis eidem Deae impositum, certe primo aspectu multum huic *παμφοβέρα* prope videtur accedere; non tamen cum Letronnio <sup>4)</sup> legere velim *πανδείνη*, sed ibi Millingenium <sup>5)</sup> libentius sequor, *πανδίνην* a *δίνω*, *vertere*, derivantem; quo duce aliam prorsus in viam abripimur, scilicet ubi Brimo imperat, triquetra insignis, et rhombo, et Iynge, non minus inter magicas res conspicua, cui Nicephorus <sup>6)</sup> *στροφοῦ Έκατικοῦ* nomen tribuit.

Ibid. [*Ρηξίχθων*.] Hoc epitheton Baccho in Orphicorum hymnis tribuitur:

*Κρυφιγόνον μακάρων ἱερὸν θάλος, εὔτε Βάκχε,  
Εὐτραφὲς, εὐκαρπος, πολυγηθέα καρπὸν ἀξίων,  
Ῥηξίχθων, ληναῖε, μεγασθενὲς, αἰολόμορφε <sup>7)</sup>,*

et

*Ῥηξίχθων, πυριφεγγὲς, ἐφάπτωρ, κοῦρε διμήτωρ,  
Οὐρεσίφοιτα, κερῶς νεβριδοσστόλος, ἀμφιέτηρε,*

1) IV, 25.

2) In lapide Musei Maffecani (T. III. pl. V, p. 11 et 12).

*ΤΡΙΨΑΡΑΡΩΡΙΦΡΑΚΙ ΦΟΒΕΡΟΜΜΑΤΕΒΡΙΜΩ*

3) Philopseud. XI.

4) *Revue archéologique*, t. VI, p. 159.

5) *Observations sur la numismatique de l'ancienne Italie*, p. 56, 57.

6) Scholia in Synesium, p. 32.

7) Hymn. XLIX, 3 et seqq.

Παιὰν θυρσεγγῆς, ὑποκόλπιε, βοτρυνόκοσμε 1).

Lin. 14. νέκνες.] Manes, νέκνες, arte inter χθονίους in tertia Atticarum complectuntur:

Καὶ τοῖς χθονίοις πᾶσι

Πέμπω δῶρον.

Conferenda *Danaes ancillae* invocatio in latinis tabulis quas Henzen edidit. Idem v. c. cum Franzio censet conferendum esse καταδῶ αὐτοῦς σοι, Ὀνήσιμε, πάντα τούτους, in prima Atticarum.

Lin. 19. καὶ δαίμονες οἱ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ ἐστέ.] Haec omnium geniorum loci imploratio nobis in memoriam luculentos reducit *Metamorphoseon* Ovidii 2) versus, ubi Medea omnium circumstantium rerum invocat genios:

*Auraeque et venti, montesque, amnesque, lacusque,*

*Dique omnes nemorum, Dique omnes noctis adeste.*

Tot simul esse omnium rerum Deos quorum nomina Divus Augustinus in Civitate Dei (libro septimo et octavo) collegit recordemur. Quam numinum turbam, multifariae naturae promiscuam apotheosim, facete irridet Plato in *Phaedro* 3) ubi Socrates: Ὀμμυμι γὰρ σοι — τίνα μέντοι, τίνα θεῶν; ἢ βούλει τὴν πλάτανον ταυτηνί.

Hos tamen genios Manes esse apparet ex Cumanis tabulis in quibus legimus, lin. 3—5:

δαίμονες καὶ πνεύματα οἱ ἐν τῷ τό-  
-πῳ τούτῳ θηλυκῶν καὶ ἀρρενικῶν  
ἐξορκίζω ὑμᾶς.

Lin. 22 et 23. ἵνα κατατήξῃτε αὐτοῦ τὰς σάρκες, τὰ νευρά, τὰ μέλη, τὴν ψυχὴν.] Cum his in Anniani corpus intentis devotionibus quibus nil simile in Atticis tabulis reperimus, conferendi sunt Horatii versus 4) ubi quid in corpore suo Canidiae maleficia efficerent, describit:

1) Hymn. LI, 9 et seqq.

2) VII, 396.

3) T. I, p. 21, ed. Bekker.

4) Epod. XVII.

*Fugit juventas, et verecundus color  
Reliquit ossa pelle amicta lurida:  
Tuis capillus albus est odoribus.  
Nullum a labore me reclinat otium.  
Urget diem nox et dies noctem, neque est  
Levare tenta spiritu praecordia.*

Conferendi etiam hi Theocriti versus:

*Δέλφις ἔμ' ἀνίασεν, ἐγὼ δ' ἐπὶ Δέλφιδι δάφραν  
Αἰθῶ, χῶς αὐτὰ λακεῖ μέγα καπυρίσασα,  
Κρήξαπίνας ἄφθῃ, κοῦδὲ σποδὸν εἶδομες αὐτᾶς,  
Οὔτω τοι Δέλφις ἐνὶ φλογὶ σάρκ' ἀμαθῦνοι,*

quos latine vertit Virgilius,

*Daphnis me malus urit; ego hanc in Daphnide laurum.*

In Lugduno-Batavensi papyro (col. 10) Typhon Seth his verbis invocatur: "Ὀλον ἦκε μοι, καὶ βάδισον, καὶ κατάβαλε τὸν δεῖνα ἢ τὴν δεῖνα ῥίγει καὶ πυρεῖφ<sup>1</sup>).

Lin. 23 et 24. ἵνα μὴ δυνηθῆ Ἑλωνικῶ ἀντίος ἐλθεῖν.]

Haud absimilis locus in secunda tabula Atheniensis:

*Καταδῶ αὐτούς σοι*

*Ὅνήσιμε, πάντας τούτους·  
αὐτούς καὶ τὰς τούτων ἐπ' ἐμοὶ  
πράξεις σοι παρακατατίθεμαι  
τηρεῖν.*

Lin. 25. μηδὲ βλέψαι.] Hic certe ad fascinationem per intuitum alluditur, quam superstitionem veteribus familiarem fuisse, teste Virgilio, comperimus:

*Nescio quis teneros oculus mihi fascinet agnos.*

Lin. 26. σποδέσεως.] Hoc verbum σπόδεσις (τοῦ σποδέσεως enim haud dubio pro τῆς σποδέσεως perperam scribitur; sic in lin. 23 τὰς σάρκες pro τὰς σάρκας legimus) no-

1) Reuvensius *Lettres à M. Letronne* (première lettre, p. 39) vertit: „Viens à moi entièrement, et marche, et renverse un tel ou une telle par la gelée et par la chaleur“, perperam, ut nobis videtur: et-onim ῥίγος καὶ πυρεῖον non gelu et aestum, sed frigus ante febrem et febrem ipsam significat.

vum est, nec in ullo scriptore aut lexico reperitur, sed tamen recte et adamussim ex σποδός, cinis, deducitur.

Ibid. νικηθῆ] Tabulis inscribitur ΝΕΙΚΗΘΗ pro νικηθῆ ex verbo νικᾶν, vincere, usitatissimo iotacismi sphalmate.

Lin. 26 et 27. ἐπέκλωσα γὰρ αὐτῶ ταῦτα.] Hoc verbum mihi absque dubio restituendum videtur in hoc loco, cuius cum universo sensu optime congruit aoristus verbi ἐπικλώθω, quod, ut ipsis Henrici Stephani verbis utar, *plerumque capitur pro fatalia fila torqueo, fatalia stamina duco, id est fata tribuo, fatalia stamina necto, tribuo, destino*. Quod verbum primum ad Parcas pertinens (τοῦτο γὰρ λάχος μοῦρ' ἐπέκλωσεν ἐμπέδως ἔχειν <sup>1)</sup>) mox omnibus Dis accommodatum est (Τὰ μὲν ἄρ που ἐπέκλωσαν θεοὶ αὐτοί <sup>2)</sup>). — Ὡς γὰρ οἱ ἐπέκλωσεν τάγε δαίμων <sup>3)</sup>.) Sed non in Deos tantum transfertur nec alio sensu quam hic in Platonis Theaeteto <sup>4)</sup> legitimus: Πάντως τὴν περὶ ταῦτα εἰμαρμένην ἦν ἂν σὺ ἐπικλώσης, δεῖ ἀνατλήναι ἐλεγχόμενον.

Lin. 28. ὄρεοβάζα.] Mirum hoc ὄρεοβάζα, *Montivagae*, cognomen infernae Deae impositum ut Dianae venatrici <sup>5)</sup> aut illius Deae cuiusdam comiti. Sed meminisse nos decet unum in Hecate triplici πρόσωπον arcum tenere, tanquam venatricem Deam, ipsam etiam Dianam aliquando dignam esse quae metuatur, telis eius quemadmodum fratris mortem undique spargentibus.

Lin. 29. ἐπόχθων.] In tabulis legitur ΙΠΠΟΧΘΩΝ, quod verbum, nec Graecae, nec ullius humanae linguae, certe pro ἐπόχθων, *infernus*, raro sed non inaudito iotacismi sphalmate, scriptum est.

Ibid. πυριπηγάζουσα.] Non dubitamus quin ita restituendum sit; nomen enim πυριπηγάζουσα, quanquam in scri-

1) Aeschyl. Eum. 335.

2) Homer. Od. A, 139.

3) Id. II, 64.

4) P. 169, C.

5) Cf. Ἀρτεμις Ὀρειτίνη.

ptoribus nuspiam invenitur, optime verbis πηγάζω et πῦρ conflatur.

Sisto pedem et huic commentariolo finem impono, spe fretus superciliosiores Philologiae procos hoc quaecumque meum tirocinium non aspernatos; non quod oneri pares humeros habere confidam, sed (ne laborem tenuissimum exaggerare videar) propter documenti ipsius pretium et raritatem, qua mire comprobatur insulsa non minus quam invidiosa veterum consuetudo, et quia verba saltem quatuor hucusque inaudita <sup>1)</sup> complectitur, ne voces aliunde notas, non sine quodam lexicorum emolumento novis rebus inditas commemorem. Liceat, dummodo prosim aliquanto, adversus conatus meos, si parum felices inveniantur, poetae verba detorquere:

*Materies* superabat opus.

Scribebam Lutetiae Parisiorum a. d. IV non. Maias MDCCCLIII.

Franciscus Lenormant.

1) Ἀρχεδάμας, μελιούχος, σπόδεσις, πυριπηγάζουσα.

Zu Venormant's Auffatz 'de tabulis devotionis':  
 S. 365 Z. 3 *lies* quas ad inferos animae — S. 369 Z. 13 *l.* quae  
 que — S. 371 Z. 16 *ῥέστα θούμισον* ohne Komma — Z. 24  
*έμοῦ* — S. 372 Z. 7 et Eonici solius sit ipse memor — Z. 18  
 seu auditu seu visu percipere; vincatur — Z. 22 veneranda  
 Terra ohne Punkt — S. 373 Z. 19 *Εὐχὰς* — S. 374 Z. 8  
*χθονία* — S. 375 Z. 3 puriorem — Z. 4 servaverant —  
 Z. 10 *θούμισον* — S. 376 Z. 7 *Φράσδεό* und zu dem Verse  
 die Note: V. Tischbein t. III. tab. 44 ed. Flor., 'Elite des  
 mon. cér. t. II. tab. 118, vas fictile in quo *φαρμακείτρια*  
 quaedam depingitur Lunam invocans, cum verbis istis desu-  
 per scriptis 'Σοί, πότνια Σελάνα' — Z. 3 v. u. epitheta —

§. 377 §. 4 v. u. φοβοῦνται — §. 378 §. 12 credebant  
teste Luciano — §. 13 Terinae — §. 379 §. 2 certe — §.  
380 §. 24 hinzuzufügen die Note: Nisi adiunctione verbi ἀκοῦ-  
σαι alius sensus quaerendus est.